

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola XVI. Alexandri Papae III. Ad Evmdem. De consuetudinibus  
Anglicanis a se confirmari petitis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

260 ALEXANDRI PAPÆ III.

auctore Domino , ratam & firmam habebimus , & totam causam eius tuæ discretionis arbitrio duximus relinquentem : quod inde canonice feceris , ratum , cessante appellationis obstaculo , habituri .

EPISTOLA XVI.  
ALEXANDRI PAPÆ III.  
AD EVMDEM.

De consuetudinibus Anglicanis a se confirmari petitis.

*Alexander episcopus Cantuariensis archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem.*

**N**ovit industria tua , quam feruentem dispositionem circa regni sui gubernationem carissimus in Christo filius noster Henricus , illustris rex Anglorum impendat , & eamdem ut firmior habeatur , vult auctoritate Romanæ ecclesiæ roborari , petens ut antiquas regni sui consuetudines , & dignitates conseruemus illæfas . Item cum legationis officium totius Angliae postulasset instantius , Eboracensi archiepiscopo indulgeri , pensantes tempora periculosa , legationis literas præfato archiepiscopo concedendas eidem regi concessimus , licet antequam inclinaremur ad consensum , nuntii eius nobis in verbo veritatis promiserunt , & super hoc iuramentum obtulerunt , quod nunquam sine voluntate vestra literæ Eboracensi archiepiscopo redderentur .

EPISTOLA XVII.  
ALEXANDRI PAPÆ III.  
AD OMNES EPISCOPOS ANGLIAE.

Eiusdem argumenti.

*Alexander seruus seruorum Dei omnibus episcopis Angliae salutem & apostolicam benedictionem.*

**Q**VAM QVAM ex iniuncto nobis officio , de vniuersorum iure in sua integritate seruando , curam tenemur & solitudinem gerere , ad illorum iusticias , qui in parte solitudinis nobis commissaæ a Domino sunt voca-